



50 R.




pag. 652. V.

WR.



Handwritten text, possibly a date or reference number, appearing as "I. 22. 1. 1891".







G. 199

FACULTATIS MEDICÆ ¹⁰
IN
ACADEMIA ERFFUR-
TENSIS

DECANUS,
JUSTUS
VESTI,

MEDICINÆ DOCTOR & PATHOLOGICÆ
PROFESSOR PUBLICUS,

Omniū ordinum Academicos honoratissimos
AD

INAUGURALEM DISSERTATIONEM

Publico hoc PROGRAMMATE invitat
DOMINICA XXIII. POST TRINITATIS,
ANNO M. DCCI.

Erffordiæ, Charactere Kindlebiano.

FACULTATIS MEDICAE
IN
ACADEMIA BRUNSVIGENSIS
DECANUS
IUSTUS
VESTITI
MEDICINAE DOCTOR & PATROLOGIAE
PROFESSOR PUBLICUS
Quoniam...
AD
IN AUREAM DEDICAVIT
ROMINUS...
MAGNUS...
MAGNUS...





Ulieres bis morbos pati, cum uterum habeant, est fatum est *Helmontii*: Hoc si paulò penitiùs consideratur, ab eo non planè erit dissentiendum, siquidem sequior sexus multis obnoxius est aegritudinibus, à quibus potior est immu-

nis. Ita hæc laborat diuturnâ & contumaci mensium obstructione, ut tributum lunare debito modo non persolvat in perniciem totius corporis, illa vehementissimis cruciatur uteri doloribus: Alia hydrope uteri, imò ipsorum ovariorum [uti illud observationes practica testantur] periculosè decumbit. Quid chlorosis sit? cuius in Arte Medica parùm versato notum esse arbitror, hoc verò symptoma, juxta recentiorum accuratiores, non tantum à mensium dependet obstructione, sicuti veneranda statuit antiquitas, sed potiùs ob denegatum usum & exercitium venereum in libidinosis virginibus atque viduis oritur: Hinc cachexia sive febris virginea hic affectus vulgò quoque solet nuncupari,



ri, ut mensium obstructio, quæ ut plurimum ejus
 individuus comes esse solet, consequens esse videa-
 tur. *Hippocrates* propterea venerem in tali passu
 commendat, si modò per honestatem fieri possit;
 & virgines subviridi, lurido & pallido colore defœ-
 data, si viro nubant & postmodum in matrimo-
 nio vivant, floridum ac roseum faciei nancisci so-
 lent colorem, ut juxta proverbium, minùs venu-
 stæ virgines pulcherrimæ sæpiùs evadant uxores.
 De suffocatione uterina ut multa in medium pro-
 feram, supervacaneum esse arbitror, cum res ipsa
 loquatur: Quamvis autem ignarum vulgus & lo-
 quacium mulierum turba quemvis fermè abdomi-
 nis affectum, ut intestinorum varios cruciatus,
 hypochondriaca symptomata, colicam passionem
 &c. pro uterino malè habeant (qui etiam affectus
 potiori sexui sunt familiares] ut recentiorum pro-
 pterea multi hystericas passiones planè negaverint,
 & hystericam suffocationem hypochondriacam
 nuncupaverint, cum viris interdum teste *Sylvio* ta-
 le symptoma sit familiare; attamen, si illud solum
 perpendimus, quod mulieres histericâ passione la-
 borantes, finito paroxysmo illorum recordentur,
 quæ in illo ipsis obvenerunt, certò erit statuendum,
 peculiarem uteri esse affectum, & minus viris fa-
 miliarem, licet non proximè ab utero dependeat.

Furo-

Furoris uterini five hyfteromaniaë in præfentia non faciam mentionem, cum rariùs obfervetur, fed de fymptomatibus, gravidas vexantibus, aliquid erit monendum, ex quibus vehementiora eflè videntur: Vomitus, appetitus inordinatus, vertigo, animi deliquium, variique regionis lumbaris & abdominis dolores. Adverfus autem varios uterinos ac mulieribus familiares morbos veneranda antiquitas egregia & afficacia excogitavit & invenit remedia, inter quæ excellit *Castoreum*, aliis tamen fecundum circumftantias convenientibus & appropriatis jungendum, de quo uberius in fua Differtatione Inaugurali acturus efl Præcellens & Clariffimus nofter Candidatus, Dn. nimirum

JOHANNES GODOFREDUS TIETZMANNUS,

Qui natus Torgaviæ in Mifnia, Anno M. DC LXXVII. die 26. Jun. honeftis parentibus, Patre nimirum Dn. *Godofredo Tietzmanno*, Pharmacopœo prudentiffimo & Prætorè Torgavienfi benè merito; Matre verò *Annâ Mariâ*, Dn. *Geye* Confulis Torgavienfis optimè meriti filiâ. Hi ipfius laudati parentes omnem operam impenderant, ut filius fuus fâcro baptifmatis fonte initiatus annis crefcentibus Chriftianæ

Christianæ fidei fundamentis & bonis moribus imbueretur; quapropter ipsum tam privatis, quam publicis patriæ Scholæ Præceptoribus tradiderunt. Parentibus autem piè defunctis agnati ipsius arti Pharmaceuticæ illum Ao. 1693. consecrârunt, ad quam addiscendam integros quatuor annos infumfit. Interim tamen studia minimè neglexit, siquidem non solum patriæ Scholæ Præceptorum, in primis Dn. Mag. *Abrahâmi Ziegkii*, tunc temporis Rectoris Torgvaiensis, postea verò Martisburgensis, nunc piè defuncti, fideli in addiscenda lingua Latina, aliisque studiis humanioribus, usus & informatione, sed etiam Nobiliss. Ampliss. atque Experientissimi, Dn. Doct. *Fridericus Nicolai*, eo tempore in Patria Physicus, hodiè Serenissimi Principis Servestani Archiater optimè meritis, Dn. Doct. *Georgius Ernestus Meusel*, Physicus Torgaviensis, & Dn. Doct. *Henricus Caspar Abelius*, Regiæ Majestatis Poloniæ & Electoris Saxonici Archiater splendidissimus, in Studio Medico ipsum erudiverunt, & juxta artis principia & fundamenta tradita, materiam Medicam, Pharmaciâ ac Chymiâ exposuerunt; verbo tam theoriam, quam praxin Medicam laudati hî viri ipsum docuerunt. Anno 1698. Lipsiam se contulit, ubi innumerum civium Academicorum à tunc temporis Magnifico Rectore, Dn. JOHANNE BENEDICTO

CTO

❁ (o) ❁

CTO CARPZOVIO, S.S. Th. Doct. & Profess. Celeberrimo, die 3. Jan. receptus est. Lipsiæ commorans primum Philosophico studio operam dedit, collegiaque Dn. Mag. CAROLI FRIDERICI PEZOLDI, sedulo frequentavit. In Studio Medico Excellentissimos habuit Præceptores, integrumque cursum Medicum audivit & absolvit apud beatum Dn. Doct. *Christ. Johann. Langium*, Medicæ Facultatis, dum viveret, Assessorem gravissimum & Practicum famigeratissimum. Præterea Dn. Doctoris *Johannis Gvielmi Pauli*, prælaudatæ Facultatis Assessoris itidem gravissimi, in Anatomicis & Physicis strenuus fuit auditor. Dn. Doct. *Andrea Petermanni*, Anatomia & Chirurg. Prof. Ordinarii, in Anatomicis quoque & Chirurgicis usus est informatione. Nec in hoc studii genere reticendus est Dn. Doct. *Christiannus Ludovicus Welschius*, Facultatis Medicæ Assessor Gravissimus, Publicis etiam lectionibus sedulo simul inter fuit Virorum Excellentiss. & Celeberrimorum, Dn. Doctoris *Johannis Bobrii*, Profess. famigeratissimi, suæque Facultatis Decani, Dn. Doct. *August. Quirini Rivini*, Botan. Profess. Celeberrimi, nec non beati Dn. *Johann. Frider. Ortlobii*, Profess. publ. & Archiatri Regii Polonici. Nec minus in duabus sectionibus cadaverum humanorū, quorum alterum sexus fuit potioris, alterum verò sequioris, deligens fuit

❁ (o) ❁

fuit spectator. Studio itaque medico feliciter absoluto, haud ita pridem ad nostram accessit Academiam & postquam nomen suum albo studiosorum dedit, à nostra Facultate modestè petiit, ut in numerum Medicinæ Candidatorum reciperetur & ad consveta examina admitteretur, quod etiam obtinuit. In examinibus benè stetit, talemque se exhibuit, ut ad altiora ipsi fores pateant. Restat itaque Dissertatio Inauguralis, quam Deo volente futuro die Saturni publicæ Eruditorum censuræ est exhibiturus. Ad quem actum disputatorium solennem Magnificus Dn. Rector, cæterique Academiae nostræ Proceres ac Cives omnium ordinum honoratissimi eâ, quâ par est, humanitate invitantur. PP. sub Sigillo Facultatis nostræ Die 6. Novembr. A. O. R. clo lcccl.

L. S.

94 A 7368

ULB Halle
002 928 582

3



10 17



10

FACULTATIS MEDICÆ
IN
ACADEMIA ERFFUR-
TENSIS
DECANUS,
JUSTUS
VESTI,

MEDICINÆ DOCTOR & PATHOLOGICÆ
PROFESSOR PUBLICUS,
Omnium ordinum Academicos honoratissimos
AD
INAUGURALEM DISSERTATIONEM
Publico hoc PROGRAMMATE invitat
DOMINICA XXIII. POST TRINITATIS,
ANNO M. DCCI.

Erffordia, Characterẽ Kindlebiano.

